Benedictus Brognolus Laurentio Iuſtiniano Patricio generoſo uiroq; magnanimo SAL.PL.D.

m Axime uellem magnifice Laurenti compater obſeruande da-
tum eſſet:ut qui originem Venetiarum urbis primariȩ nouiſſi
me conſcripſit Clariſſimus uir pater tuus Bernardus iuſtinia-
nus:Qui immortalitate dignus erat:is tantum uel uitæ adhuc
uel ocii ſortitus eſſet:ut ipſe ſuum opus:& emendare:& expolire ſuo more
potuiſſet:non q; hic labor qui ex eius obitu nobis uidetur obtigiſſe: grauis
exiſtat:quem q̃tum ad me attinet:tantȩ quoq; gloriȩ mihi eſſe duco:ut uel
propter hoc etiam leuis uideatur:ſed q; & ȩquius fuerat ut qui ex altera ope
ra unicam laudē meritus fuerat:is ex hac quoq; eam cumulatam ferret:& ſi
quis Ariſtarchus erat aut Varus cuius uel examini ponderādum: uel limæ
expoliendum recte credi poſſet:is ipſe erat imprimis. Cȩterum quādo hoc
optantes in cȩlum(ut prouerbium eſt)ſagittas mittere poſtulamus & cri
bro aquam circunferre:mihi faciendum ſtatui:ut hanc curam quā ex ipſius
iuſſu mihi demandaſti:ſuſciperem:& hāc hiſtoriā ea lege qua iuſſit recogno
ſcerem:licet q̃ta ſit huius muneris magnitudo me non fugiat. Si quidem in
cenſore hiſtoriarum:quȩ maxime uariȩ ſunt:non pauciorum artium cogni-
tio requiritur q̃ in hiſtorico ipſo Quē nullius fere artis ignarum eſſe opor-
tet:non moralis:non politicȩ:non militaris:non architecturȩ:nō fere cuius
q̃ alius:q; alioqui non modo non poſſet ingenia: morem:ſtudia: inſtituta:
conſilia:res geſtas:opera:alia cuiuſmodi eſſent recte ut oporteret ſcribere:
ſed ne intelligere quidē:non magis q̃ in cantibus:aut ſonis cōſonantias diſ
ſonantiaſq; ignarus muſicȩ deprehendere. Cui rei illud etiam accedit: q; ut
abſq; egregia quadam artis oratoriȩ peritia monumentis:tanta rerū multi-
tudo:tantaq; uarietas:recte ut ratio poſtulat prodi non poſſet. Ita ſine pari
artis dicendi cōprenſione utrū ſecundū:eam res ſcriptȩ fuerint:an nō:quiſq̃
uidere non poteri :nō magis q̃ cȩcus(ut uulgo fertur)de coloribus recte
iudicare quum preſertim illud ita ſit faciendum eaq; uarietate ſn̄arū:uerbo
rum:cōpoſitionis:figurarū:aliarūq; huiuſmodi rerū: ut hiſtoria ſuauitatē
habeat. Et licet ea quȩ exponantur:paria inter ſe oīa non exiſtant:oratio ta-
men uniuerſa ad parē dicendi curſum:& ȩq̃bilitatē quādam:& eūdē tenorē
reducatur:Quod ſine quodā artificio ꝑcul dubio fieri neq̃t. Mitto affectus
qui attingendi ſunt:cōciones:quȩ inſerūtur nec nō ea quȩ in emēdandis opi
bus Fabius ait cōſideranda neq; ſolū nunqd deſit:aut redundet: aut qppiā
ſit qd in melius mutari queat:uerū etiam nunqd tumeat qd prȩmendū ſit:
aut humile exiſtat qd ſit attollendū:& alia id genus quȩ aīaduertēti tā mul
ta mihi uideri ſolent:& talia:ut itra nonum annū ad qd ſpatiū tpis Flaccus
prȩcipit editionē premendā eſſe:ut factū fuit a Cina aut decimū:ut ab Iſo-